Quelle: https://manuscripta.at/?ID=874
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

p se sine alterius subiecto esse non possit. Quod autem aut ut non sit sic aliqua
pars ab ea scilicet significatione in aliquo existendi diuidere uoluit. secundum
quam partes in toto esse dicimus. Homo tale enim est subiectum. ut eius accidens
pars sit. Quod uero dicit impossibile esse esse sine eo in quo est ab ea scilicet sig
nificatione diuisit. quae est esse aliquid in uase uel in loco. Quod enim in
uase uel in loco est a uase uel loco poterit separari. ut triticum quod
in modio est potest a modio segregari. et homo a theatro discedere:
Accidens uero ab eo in quo est segregari non potest. Quare solas tres posu
it significationes. id est secundum quam in uase: uel in loco dicit esse. et secundum
quam pars in toto est. si ut in uase et in loco una sententia distri
buit dicens. impossibile esse sine eo in quo est. Si fortasse quis dicat
non esse distinctionem uera. illa esse in subiecto quae sic sunt in alio
ut non sint eius partes. et sine eo in quo sunt esse non possint. Socrates enim
uel homo libet cum accidens non sit. tamen semper in loco est. et sine loco
esse non potest. Quod respondendum est quod socrates loco poterit permu
tari. et esse preter locum in quo fuerit. et postremo si intelligentia ca
pimus per se subsistit. Accidentia uero per se ipsa non stant. Si; sicut quis; hoc
obiciat posse loca accidentia permutare. malum nanque; si in manu
teneat manum malum odore completur. uno odor quod est accidens. in
aliud subiectum transire potest. Si; non hoc autem aristoteles. quam mutare
locum accidens non potest. Haec tota dixit impossibile est esse sine eo in
quo erat si; sine eo in quo est. Hoc autem significat mutare quidem posse
locum si; sine aliquo subiecto esse non posse. Quare recta est atque; diffini integ
tio eius quod in subiecto est. quod tota sit in alio non sic quedam pars. et im
possibile sit esse sine eo in quo est. Secundum autem illam significationem
dictum est. secundum quam formam in materia esse dicimus. Namque; forma
si materia non sit per se ipsam nulla ratione existit. Postquam quidem par
ticulare accidens quidem esset ostendit dicens quod in subiecto est
et de subiecto non predicatur. et in subiecto existentis rei diffinitio
nem reddidit dicens. Quod cum in aliquo sit non sic quedam pars impos
sibile est esse sine eo in quo est. ad uniuersale accidentis genuinum dis
putationem reuertit. Quod diffinit hoc in. Namque; prius ei rei que
in subiecto est diffinitionem et prius particularis accidentis ex